Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Passionale sanctorum - Cod. Aug. perg. 32

[S.l.], [9. Jahrh.]

Acta sancti Nicolai episcopi Myrensi atque Lycinium mytropoleos mense decembrio die VI

urn:nbn:de:bsz:31-65346

Visual Library

& p… passio sce barbare virginis

INCIPIUNT ACTA SCI NICOLAI EPI MYRENSI ATQUE LYCINIUM MYTROPOLEOS MEN DEC DIE VI.

Temporibus constantini magni imperatoris. In costantinopoli facta est atque dissensio in frigia a taifalorum. & suggestum est benignissimo imperatori constantino que agebantur ab eis. Mox autem misit exercitum & ductores militum qui sub eo erant. nepotianum ursum & erpoleonem qui ita vocabantur. Isti autem transfretantibus mansionem constantinopoli applicuerunt in lyciensium prefecturam. & venientes in locum qui cognominatur andriacum. & existente portum partium metropoleos miliarios plus minus trium adiacentes ipsius civitatis myrensis & exercitum denuo & simulari non habentibus ventum ad navigandum. Exierunt & militibus aliquanti considerantes quasi ad reficiendum & recreandum victui eorum escas emerent. & tempuandi aliquos qui ibidem erant quasi simulatorum facientes & manus immitterent. & fit tumultus & turba magna in loco qui vocabatur placomation. ita ut etiam myrenses metropolis audirent turbam. & conturbari circa milites. sicuti inobedientes existentes. & tumultus atque vociferatio fiebat magna. Audiens haec servus dei nicolaus qui ibidem sedi ecclesie episcopus preerat. Ambulavit illuc quidem populum rogans mitigavit. nihil pravum et inlicitum fieri. Mox autem devenit in andriacum. & videntes eum qui ibidem ductores erant militum. Adoraverunt eum atque salutaverunt. Cognoscentes autem & milites & ipsi occurrentes salutaverunt eum. & osculaverunt eum nimio amore. Interrogavit autem eos unde venistis & cuius estis & propter quid huc venistis. Responderunt ei quia pacifici sumus & quia misit nos benignissimus noster imperator ad preliandum & ambulamus ad inobedientes aliquos. Ora autem pro nobis sanctissime pater ut dirigamur in itinere nostro. Sanctus vero episcopus rogabat eos ut ascenderent secum in civitatem & sumerent ab eo benedictiones & [illegible]. Reverentes autem milites sanctissimum episcopum & moderationem illius. iusserunt omnes pacificari & deinceps neminem temptaverunt. Adhortatur vero

& milites qui ascenderent secum in episcopium. Deinde autem venerunt aliqui de civitate ad eundem sanctissimum dicentes. Domine si hic esses in civitate non sic tres homines iniuste morti traditi fuissent. Quia invidia ductus eustathius accipiens eosdem tres viros iussit capite truncari. & omnis civitas non parvum luxit eo quod sanctitas tua non est inventa ibi. Audiens haec sanctissimus episcopus tribulatus est. & mox rogans eosdem milites sumpsit primicerios eorum & transfretavit in civitatem. & deveniens in locum qui vocatur leonti. Interrogabat qualiter agebant de illis qui acceperant sententiam si adhuc viverent. & dixerunt ei. quia adhuc vivunt & in itinere sunt in loco qui cognominatur dioscorus & conveniunt ad martyrium confessorum crescentii & dioscori germanorum. Item interrogans dicit. qua porta illum debent exire. & veniens ibidem ad portam. dixerunt ei aliqui. Quia in loco sunt qui dicitur byra. Erat enim locus ille trucidatorum. & concurrens scs nicolaus invenit multitudinem populi copiosam. & spiculatorem tenentem gladium. & expectantem adventum sanctissimi viri. & dum advenit & in eundem locum confessorum xpi. invenit tribus viris facies cum linteaminibus alligatas. & erigentes ad terra manibus retrorsum ligatis. & genua flectentes. & pretendentes capita. & mortem expectantes. Tunc scs nicolaus secundum quod scriptum est. quia iustus ut leo confidit. Audacter abstulit gladium a spiculatore & eicit in terram. Eosdem autem viros solvens a vinculis. deduxit secum in civitatem. & descendens ad pretorium disrumpens ianuam ingressus est ad eustathium presidem. Eustathius vero prenoscens audiens que fiebant ab excubitore mox exiit propinquius adorare scm virum. Scs autem dei nicolaus aversus est eum dicens. Sacrilege & sanguinum effusor. Ausus es ante meam faciem venire? tot & tantis malis deprehensus? non tibi parcam neque indulgeam. Sed intimabo potentissimo imperatori constantino de te. quantis & quibus deprehensus es malis. & qualiter dispensas prefecture principatum. Prenses vero eustathius genibus advolvitur. & ait ad eum. Noli irasci contra me serve dei

+eum

tuum dne. ſed diſce ueritatem quia ego non ſum culpabi
lis ſed primi eius tractus eudoxius & ſimonides. & dixit
ei ſcſ uir. Non eudoxius & ſimonides hec fecerunt ſed
argentum & aurum. Didicerat enim ſcſ uir quod ampli
us quam ducentos pondo argenti accepturus preſeſ
erat ut uiros pderet iniquę. & multum deprecatus
ſcſſimus uir ab eis qui pierant militibus preſide
indulſit ei. Euacuans mentiones que contra tres ui
ros ab eo actu erant. Duca toreſ uero mili
tum comedentes cum ſan ſimo uiro rogaue
runt eum ut oraret pro eis. ſuſcipientes ab eo
benedictionem. & poſt orationem commendantes
ſe. nauigauerunt inde. Deinde uenientes in fri
giam & tumultuantem populum pacificantes
nimis. uenerunt in magni ſonam conſtantino po
lim. & magna eis obuiatio facta eſt ab eidem qui in ciui
tate erant magiſtro militum atq; imperatore & om
ni coetu ſicut uictores deportantes. & erant in pa
latio magnifici. Inuidia autem illis a diabulo facta
eſt non modica ab eodem qui in ciuitate erat magiſ
tro militum & certiorem reddentes prefectum
ablabium. qui & ſummiſſione & conſenſu eorum mor
ti eos traderet. ſpondentes ei mille ſeptingentos pon
dos auri. Hanc autem ſponſionem facientes prefec
tus ablabius ingreſſus eſt ad imperatorem conſtanti
num & dixit ei. Piiſſime domine magna ſeditio
atq; conuenticula fit potentię tuę a magiſtris mi
litum qui deſtinati ſunt in frigiam. Didici enim
in ueritate quod ipſi repromiſſiſſent ſe erectores
aduerſus tuam clementiam. Preſtantes ſe alto
ribus tuis qui agunt lucra & donatiuas. & amplis
ſimis honoribus effici. Cognoſcens autem ego hęc
non potui taciturnitate abſcondere. quia ad
uerſum te ē hec iniquitas mach inatur quod pla
citum eſt tuę clementię pagę. Imperator autem
repletus furore magno. mox precepit eos ſine exami
natione mitti in cuſtodiam. Prolongante autem
modico tempore qui inſidiabantur eis tumultu
fecerunt ablabio prefecto dicentes. Pro quid
eos miſiſti in cuſtodiam carceris. & reliquiſti ad
huc uiuere. Illius autem exiſtentes in carcere

poſſunt ſibi metipſis adiuuare. prefectus autem hec
audiens ab eis. mox ingreſſus nunciauit imperatori
dicens. piiſſime domine ecce quos iuſſiſti mitti in
carcere. nepotianum. urſum. & eupolionem intus
exiſtentes illi impii circa imperium tuę amplitu
dinis atq; potentię tractant. Imperator autem hec
audiens ab eo. iuſſit eos pnoctantes gladio capite
truncari. Prefectus autem audiens hec ab impera
tore egreſſus a palatio. mox precepit carcerario
dicens. Hi tres uiri quos habes in cuſtodia carceris
preparati ſint per noctem ad mortis imperium.
Carcerarius audiens hec. ueniens iuxta eos. & la
crimas amare tribus uiris ait. Uiri & domini mei timui
timor me continet. & pauor & tremor. heu me nec
uidiſſem uos aliquando nec cognouiſſem uos. nunc autē
loquor uobiſcum & audio. Craſtino enim ab inuicem
ſeparamur quia iuſſi eſtis mori. quicquid uobis eſt
in poſſeſſionibus. ſiue aurum. ſiue argentum aut ali
quod aliud quod uultis derelinquere dimittite. Nocte enī
hec iuſſi eſtis mori. Uiri autem hec audientes ab eo. ſci
derunt ueſtimenta ſua & cynnanna capitis ſui puluę
remq; ſpargentes uociferabant dicentes. Quid enim
iniq; egimus ut ſic male pereamus. Nepotianus unus
ex ipſis ad memoriam deducens quod fecit ſcſ uir
nicolaus tribus uiris cum magno fletu & ſtridore ait.
Dne dſ ſci nicolai miſerere nri. & ſicut feciſti tribus
uiris qui ab eo iniq; ſeu iniuſte iudicati ſ mori.
& ſaluaſti eos. ſic nos ſalua ſce nicolae ſerue xpi.
& ſi longinquus a nobis es propinquior nobis fiat ura
depcatio atq; poſtolatio ad dominatorem tuum dnm
& ſaluatorem dnm nrm ihm xpm. Intercede pro
nobis ut a ſalu facti ab iniquo & morti fero tempeſtati
digni efficiamur uenire. & adorare ſcſſima ueſtigi
a tuę paternitatis. Hec & his ſimilia dicente nepo
tiano. Tunc hi tres quaſi ex uno ore ſic uociferati ſunt
orantes. ſcſ uero nicolaus ipſa nocte preſens appa
ruit imperatori & dixit ei. Conſtantine imperator.
ſurge & dimitte illos tres uiros quos habes in cuſtodia
carceris. nepotianum & urſum & eupoleonem magiſ
tros militum. quia ex ſummiſſione criminati ſunt.
Quod ſi non obaudieris me pugnam tibi & citabo

in domo tua & camelos tuos & interiora tua bestiis tradam uo
randa. postulationem faciens contra te coram celesti
rege xpo. & dixit imperator. Quis enim es tu. & quo
modo ingressus es in meum palatium? & dixit ei sanctus. Ego
sum nicolaus peccator eps qui in lyciam metropolim ha
bito. & hec dicens abscessit. & iterum in ipsa nocte ambula
uit. & apparuit ablabio prefecto eadem dicendo. ablabi
lesus animo & mente. surge & dimitte illos uiros tres ma
gistros militum quos habes innocentes in custodia car
ceris. quod si nolueris eos dimittere & non audieris me. pos
tulationem aduersus te faciam coram immortale rege xpo.
& in infirmitate cadens & uermium comestione fineris &
omnis domus tua male peribit. & dixit ei ablabius. Tu aut
quis es & unde huc uenisti talia loqueris? Sanctus uero
nicolaus dixit. Ego sum nicolaus peccator seruus xpi
qui in myrre metropolim. & hec dicens simili modo dis
cessit. Euigilans imp misit ad ablabium dicens. Ua
de nuncia ablabio prefecto & dic ei que uidi & que audiui
& intimatis omnibus dimisit eum. Similiter & prefectus
remisit eundem precursorem. eadem denuncians im
peratori. Et mox precepit imp presentari tres uiros ma
gistros militum. sibi coram omni coetu & generalitate
sui prefecto. & uenientibus illis ait ad eos. Dicite mihi
quales magicas facientes. talia nobis in somnis direxistis?
Illi autem in terram aspicientes tacebant. Iterum secundo
interrogauit eos dicens eo ipso. Nepotianus unus ex ip
sis dixit. Domine piissime serui tui magicas nes
cimus. si autem tale aliquid cogitauimus aut aliquid
male egimus erga maiestatem pii imperii tui horri
bilibus tormentis & nimis crudelibus penis submitti
nos iubeat benigna potentia tua. Imperator autem
dixit ei. Dicite mihi scitis aliquem nicolaum uocabu
lo? Illi autem audientes de nomine nicolai prompti
ores facti seu animosiores redditi sunt. & quasi ex
uno ore dixerunt. Dne deus sci nicolai. & audi nos & sicut
saluasti illos tres uiros qui in lycea loq. habebant
mori in myream metropoleos. sic & nos salua qui in
iq. & iniuste habemur mori. Imperator autem dixit
eis. Dicite mihi quis est hic nicolaus. Nepotianus autem
dixit ei. quanta fecit iste sci nicolaus. Imperator autem
dixit ad eos. Hoc autem scitote quod non uobis donaui

istud uitam. sed quem uos inuocastis scm nicolaum
ad quem destinastis. tondete capillos capitis uestri & mu
tate uestes uestras & gratias referentes memores estote
& mei. Deditque eis uaserum seu uasa sua diuersa.
Equidem euangelium totum aureum & cereola aurea duo
& patenam auream lapillatam pretiosam ornatam
& misit eos imperator. Qui ambulantes in lycea miren
sium metropoleos. adorauerunt scm nicolaum & to
tonderunt capillos capitis sui & mutauerunt uestimen
ta sua. & multum quidem cum largitate distribuebant
pauperibus de quibus habebant rebus quoque auri & ar
genti & uestimentorum. Per multos autem annos facie
bant hec glorificantes & laudantes patrem & filium
& spm scm. nunc & semper & in secula seculorum. amen.

EXPLICIUNT ACTA SCI NICOLAI EPI

xxiiii INCIPIT PASSIO SCI GREGORII
PRBI. MIN. DEC. DIE XXIIII

TEMPORIBUS DIOCLITIANI ET MAX
imiani imperatorum. talis furor a sacrilegis
& ardescebat per circuitum italiam. ut ipsa
esset apud omnes idolorum cultura. & siquis pro
(idolis) stratus immolabat. penis diuersis cruciabatur.
Erat quidam uir impiissimus flaccus nomine quem
maximianus imperator direxerat. ut omnia
idola erigeret. Cumque introisset ciuitatem spole
tanam iussit sibi tribunal in medio foro conlocari.
& praecones per omnes plateas ciuitatis mitti. ut omnes
simul currentes uestigia eius in medio foro consisterent.
Cumque congregatus fuisset omnis populus in medio
foro. flaccus dixit ei tyranno. Isti omnes diis nris
deseruiunt? Cui tyrannus dixit. Isti omnes quos con
spicit pietas tua deorum culturam sequuntur. Iouem
mineruam & asclepium deos inmortales qui propi
tiantur omni mundo. Haec audiens flaccus gau
sus est gaudio magno. & continuo iussit omnes tur
bas dimitti. Beatus uero gregorius erat constitutus
in ciuitatem spoletana. ieiuniis & orationibus uacans.
Multos enim orationibus suis sanos reddebat & spi
ritus inmundos eiciebat. lecto infirmitates sanat.
leprosos mundabat. cecos inluminabat. & corda
multorum paganorum ad dnm ihm xpm conuertebat